Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 717
Quelle:
Copyright:

matum. Praemissus est locus e L. II. *de Praedestinatione Sanctorum*, seu *Dono Perseverantiae*, qui extat T. X. edit. *cit. col.* 821. et quidem a verbis *n.* 55. *Neminem volo sic amplecti omnia mea* &c. usque ad *n.* finem. Tractatus ipse init: *Credimus unum deum esse* &c. Verum *Gennadium Massil.* autorem habet, ideoque merito a *Maurianis* amandatus ad *Append.* T. VIII. *col.* 75. Lege, si lubet, praeviam ibi *Admonitionem.*

VI. *fol.* 81. Biga *Epistolarum Augustini*, quarum prior, *Ad Probam de orando Deum*, altera, *ad Paulinam de uidendo Deum.* Illa incipit: *Petiisse te, et promisisse me recolens* &c. et est T. II. edit. *cit. CXXX. col.* 382. Haec: *Memor debiti quod ex tua petitione* &c. et est CXLVII. *col.* 473. Posteriorem Autor ipse L. II. *Retract.* c. 41. bis *Librum* adpellat.

VII. *fol.* 92. *Incipit liber Augustini de mendacio.* Initium: *Magna questio est de mendacio* &c. Finis: *ut possitis sustinere.* Extat T. VI. *col.* 419.

VIII. *fol.* 99. p. 2. praemisso loco L. II. *Retract. c.* 4. et Prologo hujus initii: *Sunt precepta quedam tractandarum* &c. *Incipit primus liber de doctrina christiana.* Ita: *Due sunt res quibus nititur* &c. Finit quartus: *quantulacunque potui facultate disserui.* Extant T. III. *col.* 1.

IX. *fol.* 129. *Incipit liber sancti augustini de uera religione.* Initium: *Cum omnis vite bone ac beate uia* &c. et finis: *ipsi gloria seculorum. Amen.* T. I. *col.* 747.

X. *fol.* 143. p. 2. *Incipit liber sancti Augustini de diuinatione demonum.* Initium: *Quodam die in diebus sanctis* &c. et finis: *quantum dominus adiuuat, respondebimus.* T. VI. *col.* 505.

XI. *fol.* 146. Triga *Epistolarum Augustini*, quarum prima, *ad Consentium de resurrectione carnis*, hoc initio: *Quantum ad oculos attinet corporales* &c. est T. II. CCV. *col.* 767. Altera, *ad publicolam*, hoc initio: *Estus animi tui posteaquam didici* &c. est XLVII. *col.* 110. Tertia, *ad ytalicam*, hoc initio: *Non solum litteris tuis uerum et ipso referente* &c. est. XCII. *col.* 227.

XII. *fol.* 150. *Incipit liber Augustini de patientia.* Ita: *Uirtus animi, que patientia dicitur* &c. Finit: *donatum est caritati.* Ut T. VI. *col.* 533.

XIII. *fol.* 153. p. 2. praevio loco L. II. *Retract. c.* 64. *Incipit liber sancti Augustini de cura pro mortuis agenda.* Initium: *Diu sanctitati tue coepiscope uenerande* &c. Finis: *mea responsio defuisset.* Ut T. VI. *col.* 515.

XIV. *fol.* 158. p. 2. *Incipiunt questiones orosij ad sanctum augustinum.* Initium: *Licet multi ac probatissimi uiri* &c. Finis: *qui preesse desiderat, non prodesse.* Subpofititiae sunt, et a *Maurianis* in *Append.* T. *VI. col.* 7. rejectae, quorum *Admonitionem* praeviam consule.

XV. *fol.* 164. praemisso Prologo, qui incipit: *Extorsisti mihi dulcissime fili optate* &c. sequitur *Disputatio augustini contra felicianum.*